

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quomodo Constantinus miserit ad Alexandrinos de pace componenda
legatum. Cap. LXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII DE VITA

De Ario & Melitianis. CAP. LXI.

N

Onnulli in ipsa Alexandria de summis religionis Christianæ mysteriis iuueniliter & inconsulte digladiari: alii per vniuersam Aegyptum, & superiorem Thebaidem de controuersia quadam iam pridem inter ipsos concitata decertare cœperunt, adeo ut vbiq; ecclesiæ in varias partes dirimerentur. Et quoniam vniuersum ecclesiæ corpus his rebus laborabat, tū tota Lybia, vehementer eisdem afflata fuit, tum reliquæ exterritorum prouinciarum partes pariter in morbi societatem venerunt. Nam qui Alexandriæ dissidebant ad episcopos aliarum prouinciarum, alii ad alios, legatos mitabant: illi autem in alterutram partem diuulti, simili seditionis flamma incendebantur.

Quomodo Constantinus miserit ad Alexandrinos
de pace componenda legatum.

CAP. LXII.

Q

Vibus auditis imperator, animo supra modum dolens, remque illam propriæ calamitatis loco statuēs, confestim virum ex numero piorum, quos habuit circa se, quem modesta fidei virtute satis spectatum, & superioribus temporibus pietatis confessione insigniter decoratum intelligebat, mittit, ut pacem inter eos, qui Alexandriæ discordabant, conciliaret, literalq; ad eam rem in primis accommodatas, per eundem ad seditionis authores dat: quas quidem, cum illustre testimoniu prudenter & solitudinis de populo dei suscepitæ complectantur, in hunc, qui de eo instituitur, sermonem inferere, consentaneum videtur: quæ se habent ad hunc modum.

Victor Constantinus, Max. August. Alexandro & Ario.

Constantini ad Alexandrum episcopum & Arium praesbyterum literæ, & pro pace tuenda solicitude.

CAP. LXIII.

I

Psuum, ut par est, meorum institutorum adiutorē & conservatorem omnium, Deum testem adhibeo, istarum rerum, quas mihi re ipsa obeundas suscepi, duplicem causam